



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio VII. Sacrificium matutinum: in quo ostenditur præsentatio SS.
Virginis in templo Jerosolymitano in ætate trium annorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

sectatus erat honori dilecti Discipuli Salvatoris & Domini nostri, qui erat Sanctissima Virginis Filius adoptivus erat, & ex Apostolis ille, qui sublimiorem omnibus acceperat divinitatis cognitionem, quam consignaverit animam in manus ipsius, vehementer exoptans illius imbui spiritu, & irradiari luminibus ipsi à DEO communicatis. Incipiebat illorum mihi facere explanationem; & ecce percepimus vocem alicujus celerrimè post nos currentis è domo, unde summo recessimus manè. Nuncius iussa tenebat indagandi nos ubivis gentium, & revocandi precum importunitate, quantà obluatoremur resistentiâ. Quid ergò est, interrogat Comes meus paulisper attonitus; & nuncius difficulter respirans è cursus vehementiâ: Redite. . . . necesse est. . . . Est aliquid. . . . missus sum ad vos, ut quantocyùs mecum redeatis; quibus dictis apprehendens utrumque ex pallio, fortiter nos traxit post se, abs eò, quod ulterius sese explanaret.

Repentinus reditus & illius causa.

Perfuasit id mihi rem eam fore magni ponderis ac momenti; hinc dicebam Raphaëli meo: Aucupatis ubique & indagas occasiones faciendi benè; & ecce modò adsunt, quæ inquirent & invitent te; ne dimittas illas; & sic regressi sumus, ignari adhuc, quid acciderit. Sed mox ejus-

dem informationem accepimus; Nam illicò occurrit nobis Artemisia tota commota & quasi subitacunda; nihilominùs magnà excepit nos affabilitate, nobisque in conclave suum deductis aperuit suæ causam offensæ.

Non erat ipsi nisi unica filia, valde adhuc juvenis, quæ nunquam non à teneris annis maximam ostendebat propensionem unicè consecrandi se DEO; sed auditis præcedentibus circa excellentias Sanctissimæ Virginis Consultationibus, magis adhuc accendebatur, tamque ardenti flagrabat desiderio ingrediendi quoddam Monasterium, ut quietem non haberet, nec illam concederet Matri suæ: Hinc lacrymæ, hinc preces, hinc suspiria, hinc fastidia, hinc tormenta, quibus movebat omnes ad commiserationem.

Ardens desiderium alicujus juvenis puellæ ingrediendi Religionem.

Verùm nimis adhuc est juvenis, dicebat Mater; nondum intelligit, quanti res sit momenti, quam molitur; & dein non habeo, nisi ipsam solam, cui hætenus omnem meam impendi operam, ut educarem ipsam in timore DEI: An melius ipsi, quàm mecum esse possit, utpote quæ à pietatis exercitijs non solum ipsam non præpediam, sed magis adhuc pro cunctis viribus ad illa compellam? probè novi, magis ad DEUM, quàm ad me spectare ipsam; sed cum ipsam mihi

dedit, credere non possum, quod invitâ me ipsam præripere mihi velit, hæcque ratione me unicâ meâ privare consolatione, quâ sublatâ nullam habeo amplius in vitâ.

Contra eos qui vociferantur, nimis juvenes recipi pueros & puellas in religionem

Viator noster, qui valdè prudens erat, amplexus est primitus sententiam Matris, quin tamen illam condemnaret filie, concordare illas volens ratione quadam, quam utrique noverat acceptam

Et hoc erat, proponendo ipsis exemplum Sanctissimæ Virginis, unicæ filie Sancti Joachim & Sanctæ Annæ, sese DEO consecrantis in Templo, dum adhuc trium erat annorum. Unde hanc nactus occasionem instituit valde proficuum, nec minus jucundam Consultationem de præsentatione Sanctissimæ Virginis in Templo Hierosolymitano, quam pluribus hic recensero.

ARGUMENTUM.

Promptitudo Sanctissimæ Virginis, quâ consecrabat se DEO.

ARTICULUS I.

Non potest nimis cito amari Deus

AN incipere quis possit nimis citò amare DEUM, qui nos amat ab æterno!

Si omnes animæ crearentur in gratiâ sicut Angeli, & liberi arbitrij haberent usum in instanti, quo esse suum recipiunt à DEO, videndo præventas sese tantò amore à benefactore infinitâ ratione bono: Quis dubitet, quin primum libertatis suæ impenderent usum adorando illum, amando illum, devovendo se illi unicè in æternum, uti fecerunt omnes Angeli boni? Verùm miseria omnium animarum nostrarum longè transgreditur illam omnium Angelorum malorum in hoc, quod inficiantur ipsæ peccato originali, quamprimum recipiunt

Miseria animarum nostrarum, quod non

esse & eodem instanti suis includantur Corporibus, velut parvo cuidam luteo ergastulo, ut serviat ipsis vel pro carcere velut reis, vel pro sepulchro velut mortuis. Tandem nesciunt, quid secum fiat; sunt ratione quadam, quasi non essent; & quasi mortuæ suis coguntur vitam dare corporibus. Et hæc ab initio non est, nisi vita vegetativa, sicut illa plantarum, mediante quâ nutriuntur & crescunt, citrà quod aliquo adhuc donentur sensu; & hanc excipit vita sensitiva, sicut illa animalium, quin adhuc sciant, quid faciant.

cognoscant DEUM, ubi primum accipiunt esse.

Extrahuntur in hoc statu è carcere suo; accipiuntur propemodum velut filij Hebræorum, dum adhuc

Immerguntur doloribus mundi

sicut filij.
Hebræorū
aquis Nilī.

adhuc Ægyptiacā premebantur
servitute; jactabantur hi vix nati
in Nilum, ut abriperentur impe-
tu flumiais & devorarentur à pi-
scibus, profus ignari, quid sibi
contingeret. Sic omnino miseri
infantes, egressi vix alvo Matrum
suarum; projiciuntur in torren-
tem vitæ mortalis, quæ magno
cū imperu dilabitur, ipsosque
cum cæteris omnibus minoribus
bestijs abripit, haud scientes, quò
rapiantur. Dolor, fames, sitis,
plurimæ miseriarum turmæ inci-
piunt obruere illos, quin nōrint,
quid secum agatur. Dum paulif-
per excrescunt, inordinati affectus,
incipiunt discerpere illos; ira, in-
vidia, odium, vindicta, desideria
iplos torquent, & ignorant ad-
huc, quid faciant, quidve pa-
tiantur.

Quando provehuntur annis, suā-
que uti libertate incipit anima,
jam præstō est mundus damnabi-
lium suorum dogmatum stipatus
catervā, omni adirens contentio-
ne, ut occupet illam, ac velut ser-
vam in suam redigat potestatem:
amor proprius cū toto malarum
inclinacionum exercitu invadit il-
lam, ut rapiat, quò voluerit. Ah!
infelix anima, ubi es? quid agis?
unde venis? quò vadis? & qui-
nam ultimus est tuus finis, ob quem
Deus creavit te? Quare ex te, u-
bi est Deus tuus, quem debes
nōsse, quam debes amare, cui
debes famulari, ut sis cum ipso æ-

ternūm felix! Nihil adhuc nōsti
horum omnium, & misera jam es
ac infelix. Ecce communem for-
tem omnium animatum homi-
num, quæ antequam cogitarent
devovere se legitimo suo domino,
qui solus est Deus, jam passæ sunt
vim à pluribus tyrannis, qui mil-
lenis ipsas afflixere ærumnis ac in-
jurijs.

Nonnisi unica sanctissima Vir-
go, inter omnes filios Adæ for-
tem hanc evitavit pessimam. Siqui-
dem inprimis, cū pro certō te-
neamus, quòd anima ipsius recepe-
rit vitam gratiæ in die, quo aliæ
peccati originalis subeunt mortem,
nonne piè credere possumus, quòd
primum hoc privilegium jure me-
ritissimo Materi Dei debitum tra-
xerit post se quoddam adhuc aliud,
vi cujus anticipatum acceperit ra-
tionis usum, ne inferior esset An-
gelis, qui libertatis suæ usum ob-
tinuerunt in primo creationis suæ
instanti: Hujus opinionis est San-
ctus Bernardus Senensis, qui
tom. 2. serm. 51. ita ait: *Beata*
Virgo, etiam dum erat in utero
Matris, habuit usum liberi arbi-
trii. Et si Deus, qui prædestina-
vit ipsam ab æterno, qui nasci fecit
ipsam per plura miracula, ut esset
Mater sua, quisque ipsam semper
deduxit super cunctas communes
leges privilegiam in omnibus,
concesserit ipsi dispositionem libe-
ri sui arbitrij à primo instanti vita-
suæ; quem hujus usum fecisse ip-
sam

S. Bernard.
Senens.
tom. 2. ser-
mon. 51.
Contra D.
hom. 3. p.
q. 27. 2. 3.
Sanctissima
Virgo ha-
buit usum
rationis in
ventre Ma-
tris suæ.

nam credere possumus, nisi ad devovendum se Deo nobiliori quâdam ratione, quàm sublimissimi in cœlo Seraphini?

Verum est, quòd non dederit ipsi Deus omnem esse sui naturalis perfectionem ab initio, sicut Angelis; voluit ipsam prius esse infantem debilem, sicut omnes filios Adæ; non erat tamen in ventre Matris suæ, nec ut reus in suo carcere, nec ut mortuus in suo sepulchro; fuit ibidem velut aliquis Sanctus in suo Oratorio, ubi contemplabatur Excellentias Dei. Si

S. Bernardi-
nus tom. 1.
serm. 6. ar-
tic. 3. cap.
3. Sanctissi-
ma Virgo
est in ven-
tre Matris
suæ velut
Jonas in
ventre ceti.

quidem si Sancti Patres dixerunt, quòd Jonas constitutus in ventre ceti, formaverit ex ipso Ecclesiam, ad decantandum ibi laudes Omnipotentis, qui rebellem se ac divinæ suæ voluntati refractarium, quamvis jam sub dentibus mortis constitutum conservaverit in vitâ; nonne æquiorijure dicatur, quòd Sanctissima Virgo, cum gratiâ sit plena, eòquòd nunquam peccaverit, imò etiam tota gratiæ inclusa, eòquòd Anna, in cujus ventre jacuerat, significet gratiam, fabricaverit ex utero Matris suæ Templum, ubi supremos jamjam exhibuerit honores Deo?

Et si Sanctus Joannes Baptista adhuc conclusus in ventre Matris suæ jam exercuit officium præcursoris, exiliens præ gaudio in præsentia Infantis JESU, dum Sanctissima Virgo, portans ipsum, visitatum concessit Sanctam Elisabeth. *Exultavit infans in utero meo: Ecce*

non credamus, quòd Sanctissima Virgo, cum pluribus ditata sit favoribus à Deo, quàm S. Joannes Baptista, eòquòd Mater plus sit, quàm Præcursor, exercuerit officium Matris in ventre Sanctæ Annæ, concipiens jam JESUM in corde suo, antequam in calidissimo utero suo conciperet ipsum? An credibile sit, concessisse Deum prærogativas servis suis, quas propriæ suæ negaverit Matri?

Si igitur gratia incepit ipsam totam devovere Deo, antequam natura ipsam dederit mundo, an mirum sit, quòd concesserit in Templum, ibique consecraverit se Deo, & Altaris servitio, jam in tertio ætatis anno, ob hoc generosissimè se divellens ac abstrahens è brachijs parentum suorum, quantumlibet Sanctorum? Diligebant ipsi haud dubiè unicam hanc Filiam multò ardentius quàm propriam suam vitam; verùm probè noverunt, se ipsam non accepisse à Deo, nisi velut sacrum quoddam depositum, quòd tenerentur ipsi reddere, quandocunque voluisset. Ipsa ex parte suâ honorabat & adamabat parentes suos, velut vivas imagines Dei, sed noverat optinè, quòd ille, qui relicturus erat sinum æterni Patris sui, ut donaret se nobis, mereretur plurimum, ut suos desereret parentes, ad devovendum se illi maturè; unde postquam tres solummodò concesserat illis annos ad se possidendum, promptissimè

Sanctissima
Virgo de-
ruit par-
tes suos
quamvis
Sanctos et
consecrat
se Deo.

CUCULUS

concurrat ad templum, ut vitæ suæ residuum consecraret Deo.

Quam effi-
cax sit ex-
plum San-
ctissimæ
Virginis.

Artemisia benè advertebat, hæc omnia pugnare & concludere contra se, & defendere se non posse oppositiones ab amore suo naturali consilij filia suæ hucusque intentatas, eòquod probè agnosceret, ipsam tam fortiter urgeri ab amore Dei ad devovendum se ipsi à tenellâ ætate suâ; seque amplius allegare non posse nimiam ipsius juventutem, cum videtet, Sanctissimam Virginem consecrâsse se ipsi in ætate multò magis adhuc imbelli ac tenerâ: nihilominus excusare se voluit. Fateor, inquit, ipsi, exemplum hoc Sanctissimæ Virginis magni roboris esse ad persuadendum; sed non omnes, id reipsâ accidisse, fidem adhibent; sunt, qui credant, presentationem in templo, in ætate trium annorum non esse nisi fabulam; & sanè parum habet credibilitatis, quòd puella tam juvenis ex semetipsâ ejusmodi ceperit consilia! quòdque à parentibus, qui summè adamabant ipsam, consignata fuerit manibus hominum, de quibus timeri poterat, ne necessariam ipsi non impendere curam.

Hem! quis ejusmodi foveat cogitationes, respondit Viator voce satis asperâ, nisi hæreticus sit vel inimicus Sanctissimæ Virginis? si dubitaret quispiam de promptitudine ipsius ad devovendum se Deo, ante completos

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

tres ætatis suæ annos, confunderem ipsum testimonio antiquissimorum Ecclesiæ Patrum, quibus meritò annumeratur S. Evodius, successor Sancti Petri in Cathedrâ Antiochenâ, qui in pulcherrimâ illâ Epistolâ, quàm intulit *Lumen*, clavis verbis affirmat, quòd Sanctissima Virgo ab ætate trium annorum præsentata fuerit in templo; quòd undecim annos transegerit in Sanctuario, quòdque postea à Presbyteris data fuerit in custodiam Sancto Joseph. Mitterem ipsum ad consulendum Sanctum Epiphanium Salaminæ Episcopum, & Sanctum Gregorium Nilfenum, Magni Sancti Basilii germanum, S. Joannem Damascenum, & plures non minoris auctoritatis alios; & si omnes eximij hi testes non convincerent ipsum, ablegarem eum ad ipsam Ecclesiam. Quando cernitur celebrari ab ipsâ Festum presentationis Sanctissimæ Virginis, nonne hoc omne ejiciat dubium è quolibet animo Christiano, ipsique persuadeat, non esse id meram imaginationem aut commentum, sed constantem ac solidam veritatem? Videret ipse Guilielmum Ducem Saxonie supplicem dare Epistolam ad Pium Secundum, summum Pontificem, in quâ hujus Festi efflagitat ab ipso celebrationem; Sed cum mors ipsius præoccupasset responsum, Successor

Nicephorus lib. 3. histor. c. 7.

Antiqui Auctores, qui confirmant præsentationem SS. Virginis in templo, ætatis ipsius anno tertio factam.

B b

ejus

ejus Paulus Secundus id dedit tam favorabile hujus Principis pietati, ut celebrari mandaverit Festum Præsentationis, sicut illud Assumptionis Sanctissimæ Virginis.

Ita, reponit Artemisia, credo firmiter, ipsam præsentatam suis se in templo in infantis suâ, eod quod solemnè Feste facti hujus memoriam obeat Ecclesia, & plurimum commendo, quod exemplo ipsius, maturè infantes devoteant se Deo; sed in anno tertio! credo hoc esse maturum nimis, nec approbare id possum; siquidem an nôit infans, quid faciat in hac ætate; Et parentes an noverint, quid faciant cum infante, qui vix egressus est ex utero Matris! Exspectandum adhuc foret. Hem! usquequod, interrogat Viator, exspectandum? an usque eò, quoad mundus insculperit animæ damnanda sua dogmata, falsas suas opiniones, & impias suas vanitates? O egregium munus dignum Deo, offerre illi reliquias vitæ cujusdam mundanæ? an exspectandum, quoad sit anima dimidiâ jam ex parte corrupta? Non, inquit Artemisia, nolo exspectari, quoad vanitates mundi jam descenderint innocentiam; nihilominus usus requiritur rationis, ut exploratum quis habeat, quid faciat. Sed an exspectandum, replicat Viator, quoad humana ratio consli-

tuat se judicem & arbitram consiliorum Dei super animam, dum deliberat, an devovere se debeat ipsi vel mundo? O præclara consilia! dicere intra semetipsum, non dedam me Deo, nisi ipsemet judicavero, id rationi esse congruum. An exspectandum, quoad requisita fuerint humanæ prudentiæ consilia, explorata fortunæ benevolentia, vel jamjam degustatæ carnis illecebræ, quæ omnia summè adversantur, seque opponunt Deo? O præclaram dispositionem Dei benevolentiam conciliandi sibi! Devovebo me tuo servitio, quando inimici tui, quorum exquisitam consilia, id approbaverint, ratumque habuerint.

Non ita quæso, reponit Artemisia! eâ, quâ rem declaras & proponis ratione, facis ipsam ridiculam; non est id, quod vellem: Verùm vix quenquam reperias sapientem, qui non dicat, cum requiri statum, in quo quis prudentem facere possit electionem, seriâ ac maturâ opus esse deliberatione, consultationem non perfunctoriam esse instituendam, ubi agitur de amplectendo totius vitæ suæ instituto; & non immeritò reprehenduntur repentinæ ejusmodi & absque prudenti scrutinio factæ resolutiones, quas plerumque serâ, sed serâ nimis consequitur penitudo. Et ego prorsus affirmo contrarium

An consilium sit ratio humani ad deliberandum, ut quis devoveat se Deo.

Immeritò volunt parentes, filios suos prius esse mundi quam Dei.

gum munus dignum Deo, offerre illi reliquias vitæ cujusdam mundanæ? an exspectandum, quoad sit anima dimidiâ jam ex parte corrupta? Non, inquit Artemisia, nolo exspectari, quoad vanitates mundi jam descenderint innocentiam; nihilominus usus requiritur rationis, ut exploratum quis habeat, quid faciat. Sed an exspectandum, replicat Viator, quoad humana ratio consli-

Rati
ma
ut a
divi

trarium, reponit Viator, tenens
evitanda esse hæc omnia volenti
consecrare se Deo, si certus es-
se velit, se sequi æterna provi-
dentia ipsius consilia: ipse solus
hæc formavit, ipse solus etiam
consulendus est in his cognoscen-
dis & amplectendis. O quando
divinæ ipsius placet bonitati præ-
venire hæc omnia, & antequam
capaces sumus vel rationis, vel
consilij, vel alicujus deliberationis
humanæ, attrahere nos ad se po-
tenti gratiarum suarum impulsu, in
teneris adhuc vitæ nostræ annis,
ardentia nobis inspirando deside-
ria, quibus nos ipsos devovere il-
li anhelemus; quin adhuc constet
nobis, vel cur, vel quomodo;
aut ardentis hujus desiderij, quod
urget nos, afferre possimus ratio-
nem; nunquam major est nobis
certitudo, omnia optimè nobis-
cum agi. nosque non decipi in e-
lectione, quam non fecimus ipsi,
sed quam fecit Deus in nobis &
pro nobis.

Ratio hu-
mana sicut
ur audeatur
divina,

Eccur hic se implicet ratio huma-
na, dirigere volens rationem divi-
nam, à quâ nostra dependet æter-
na salus? Quid moliantur hic con-
silia hominum, vel prudentiæ tem-
porales, ubi de nostrâ agitur æter-
nitate? an spectet ad manum ho-
minis debilis & ignorantis colloca-
re nos illuc, ubi sola manus Dei
Omnipotentis & infinîtâ ratione
Sapientis nos collocandi jus habet,
secundum æternæ providentiæ suæ

consilia? Hinc viri prudentissimi
etiam si circumferrent in capite lu-
cidissimos scientiarum omnium nas-
taralium radios, proinde apti, quæ
complurimum moderatentur impe-
riorum clavos, silentium impo-
nere hic debent humanæ rationi,
obturare aures sapientissimis que-
buscunque secundum carnem consi-
lijs, occludere oculos cunctis re-
spectibus & rationibus mundanis,
& in profunda solitudine & ma-
gno silentio, convertere se ad De-
um solum, & dicere cum Sancto
Paulo in terram prostrato: *Domine,*
quid me vis facere? Loquere
Domine cordi meo, & deduc me
in semitis tuis, nolo aliud nisi ob-
temperare tibi.

Quis est, prosequitur conversus
ad Matrem, qui pia hæc desideria
tuæ inspiravit filia, consecrandi se
Deo tam mature, nisi ille, qui
attraxit ad templum Sanctissimam
Virginem in primo ætatis suæ flo-
re? Siquidem humana non dirigit
ipsam ratio, eòquod ipsamet fa-
tearis, quod hujus perfectum non-
dum possideat usum; non sunt
persuasiones tuæ, nec illa propin-
quorum & consanguineorum, cum
& tu & illi opponant se pro viri-
bus; non est impulsus maligni spi-
ritûs, qui urgeat ipsam ad confi-
ciendum opus sanctissimum, quod
conficere unquam possit in terris
& totâ vitâ suâ: Exploratum igitur
est, dignitatem Dei esse hic, ip-
sumque prævenire eam suæ bene-

Desideria
fugiendi
mundum
ad conse-
crandum se
Deo, non-
nisi à Deo
oriri posse
sunt.

dictionibus dextera: Itane disceptare voles cum Deo de chari huius possessione boni? an prætendas, spectare ipsam magis ad te, quàm ad illum, ipsamque possidere voles cum ipsius præiudicio? Ecce ipsam tibi dedit, nisi ut ipsam redderes illi? ut quid affligeris ex eo, quòd ipsa magis amat Deum, quàm te; vel quòd Deus

magis quàm tu, diligit ipsam, Quid respondebis Deo?

Ad hæc obmutuit omninò os ejus, sed ipsius loquebatur cor per oculos, ubertim lactymarum diffundendo rivus, nonnisi unicum hoc proferens verbum: Sed cheu! Quid fiet cum illà? Illustris Domina, reponit Viator, vis dicam tibi? audi & contenta eris.

ARGUMENTUM.

Solicitude divina providentia circa Sanctissimam Virginem, postquam consecravit se Deo in Temple.

ARTICULUS II.

Quò te pedes, divina MARIÀ, in tenellà tuà infantia, dum vix tibi robur suppetit portandivemetipsam? sicine deseris fulcrum, assistentiam, blandimenta parentum tuorum, sine quibus vivere non poteris, nec vivere illi sine te, cum anima sis & vita ipsorum? Quid moliris in ætate tam molli ac tenerà, cum vix tertium expleveris annum? ut quid à sinu te finis abstrahi Matris, quæ paulò ante tibi sua porrexit adhuc ubera, ut conignes te manibus hominum, quorum tibi nulla est notitia, quique non eo, quo parentes tui, te prosequuntur amore?

Ecce respondentem ipsam tibi: percipio vocem loquentem cordi meo, mihi que dicentem: *Audi Fi-*

lia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Ipse, cuius perfectiones infinitæ cunctos in cælo oblectant Angelos, vult me totam sibi soli: quomodo abnovere ipsi possim cor meum? ipse me prævenit, ipse me vocat, ipse me rapit per potentes suos impulsus, quomodo non sequar ipsum? Dilectus meus mihi, & ego illi; hoc mihi sufficit, non laboro de cæteris.

Sed tam juvenis! ubi erunt, quibus relaxes animum, ludi pueriles, quibus ferè tota agitur primæ ætatis vità? inveniam cum Deo illos; si ludendum est, ludam cum mundo, cum naturà, cum omnibus rebus creatis, sicut ipse: *Ludens*

*Psal. 44
Deus vocat
Sanctissimam
Virginem
ab infantia
suà.*

Ipsa accedit templū ludos lufura infantiles, sed sapientissimos.

dens in orbe terrarum. Appellatur ludi pueriles, quando ex luto parvulas fabricantur domos pueri; sed reipsa magna id opus est prudentiæ; siquidem sapientissimum per hoc præbent documentum & dogma mundo, quo ostendunt ipsius asseclis omnium occupationum suarum vanam inanitatem, inanem vanitatem. Interrogas, quid factura sit? Ludum infantium, sed qui magis sit serior, majorique refertus sapientiâ, quàm sublimissima quæque sectatorum mundi negotia; ponderosissima cum Deo ipsa tractabit æternitatis negotia, tum pro seipsâ, tum pro totâ naturâ humanâ.

Ipsa donat se Deo tribus modis, & Deus reddit ipsi plura quàm dederit.

Videte, quid faciat, quid moliat in templi aditu? Inprimis offert se Deo velut Creaturam suam, quæ cum cuncta ipsi debeat, cuncta ipsi reddit; Et ipse recipit illam velut Matrem suam, ut recipiat ab ipsâ esse novum, & ipsi permaneat debitor. Secundò offert ipsa se illi, suam velut mancipium, & ille recipit ipsam, suam velut Dominam, volens ipsi subjici, ipsius obtemperare imperio. Tertio offert ipsa se illi velut victimam sacrificij matutini, consecrando ipsi suæ initium vitæ; & ille exhibet se ipsi velut victimam sacrificij vespertini, devovens pro ipsâ & nobis suæ finem vitæ, hanc immolatus in Golgothæo vertice. O quàm bonum est tractare cum

Deo; incomparabiliter plus ipse reddit, quàm accipiat.

Sanctissima Virgo offert ipsi suam modicitatem, agnoscendo se humillimam ipsius ancillam, & ipse confortem & participem reddit illam suæ magnitudinis, attollens illam super omnes res creatas: illa ipsi offert suam infantiam, & ipse illi donat suam æternitatem; illa ipsi consecrat suam libertatem, obstringendo se perpetuò ipsius servitio; & ipse facit illam Angelorum hominûmque Dominam, volens illi ab omnibus creaturis post se præstari obsequia, illam ab omnibus honorari.

Non injucundum est audire Sanctum Germanum Patriarcham Constantinopolitanum, describentem ipsius in templum aditum non minore cum facundiâ, quàm pietate. Affirmat hunc introitum non quidem habuisse multum splendoris coram oculis hominum, splendidissimum tamen & magnificentissimum fuisse coram oculis Dei; non solum servivisse ipsi parentum suorum manus velut curum triumphalem, totamque suam propinquitatem velut illustrem quendam comitatum, sed insuper stipatam fuisse invisibiliter pluribus Angelorum legionibus: receptam fuisse ipsam à presbytero, qui serviebat in templo; huncque tunc exivisse Zachariam, patrem Sancti Joannis Baptistæ, posthæc juxta aliquos

Quâ ratione ingressa sit Templū.

Consule Corael. à Lapide in Luc. c. 1. v. 5.

Non plus sa-
gere quam
oportet sapa-
re, sed sapere
ad sobrieta-
tem.
Rom. 12.

aliquos Doctores apud Cornelium à Lapide locò citatò, affectum Martyrio, à quo conspecti fuerint Angeli seruietes ipsi in templo, cibosque proprijs afferentes manibus. Novi reperiri plurimos, de quibus loquitur Sanctus Paulus, quòd propria sua sese inebrient sapientia, qui cum seruare non possint in iudicijs suis sobrietatem, quamprimùm arguant & reprehendant omnia, quacumque viderint accidisse inuisitata, illaque ceu vana irrideant commenta: qui eiusmodi sunt, dicent, speciosam esse imaginationem, quòd Angeli se comites adjecerint, vel visibiler famulati fuerint Virgini in templo.

Reprehensio eorum, qui difficulter credunt, Angelos serui-

Sed dicerem ipsis eadem verba, quæ Gregorius Archiepiscopus Nicomedienfis, ejusmodi farinae dixit hominibus. Vos, ô homines, qui auditis admirabilem hanc & novam Sanctissimæ Virginis in templo vivendi rationem, nolite dubitare de illà, nec vestrà discutite ratione, quòd vester nequit comprehendere animus: Videtis, verbum Dei ineffabile quãdam ratione habitasse in purissimo ipsius utero, & disceprabitis, an alimentata, quibus nutrebat, materialia fuerint, vel absque materia? Videtis, Spiritum Sanctum operatum esse in illà prodigiorum omnium maximum, & dubitabitis de exhibito ipsi Angelorum famulatu & obsequio! Dubitandum haud

quaquam est de ijs omnibus, quæ ipse in sparguntur de Virginis purissimæ templo, Excellentijs, quando attribuantur illi prærogativæ & privilegia, quæ congruat summæ dignitati ipsius, in quâ constituitur per Maternitatem Dei; cum omnia ab ipsâ confirmantur veritate: Oportebat divinum hoc Templum exornare omni pulchritudinum genere; oportebat illud locupletari omni spiritualium bonorum Copiâ; oportebat famulatum exhiberi ipsi ab Angelis; & si Angeli è cælo famulabantur ipsi cum reverentiâ, an dubitare possimus, quin presbyteri & Ministri Altaris, summâ profecuti fuerint ipsam veneratione? Creditur commemoratam fuisse ipsam in Sanctuario, quòd sacratissima pars erat in templo.

Sed nonne videtur, interpellatæ Artemisia, minus decorum esse, aliquam consignare puellam in manus presbyterorum? Erant hi quidem servi Dei, sed erant Viri: Erant destinati ad macandadas victimas, ad effundendum bestiarum sanguinem, & offerendum Deo incensum; ad instituendas quotidie purgationes legales: An ejusmodi viri idonei erant ad educandum parvulam trium annorum puellulam? quis dissidebitur, id potius muneris committendum fuisse mulieribus!

Verùm est, respondit Viator, facta etiam scriptura, & post illam plures SS. Doctores obser-

vant

vant expressè, quòd ibi fuerint
femine devotæ, quæ cum totæ
addictæ fuerint civitio templi,
habitabant in ipso templo, ha-
bentes suas mansiones & cellulas
omnino à Viris separatas; quæ-
vis Sanctus Ambrosius, Sanctus
Cyrillus Alexandrinus, & ante
iplos Origines affirmant, illic ad-
missas non fuisse feminas marita-
tas sed solùm Virgines & viduas;
& hanc devotatum societatem
Sanctissima Virgo admissa fuit,
velut pretiosum è celo donum,
postquam à magno sacerdote in-
ducta fuerat in templum. Illa-
rum munus erat sæpius effundere
preces ante ostium Tabernaculi,
uti scribitur in exodo: *Excuba-
bant in ostio Tabernaculi*; assistere
sacrificijs, quæ fiebant indies vespe-
ri & mane & meditari in lege Do-
mini die ac nocte: Et manifestum
est, ipsas jam fuisse primam delinea-
tionem Religiosarum, quas pro-
videntia DEI collocare & insti-
tuere voluerat in Ecclesiâ Chri-
stianâ: tradebantur ipsis junio-
res Virgines informandæ in reli-
gione, & educandæ in omni
pietate, sicut hodieum collo-
cantur in Monasterijs: Sed San-
ctissima Virgo aggregata ipsorum
cœtui in ætate trium annorum,
consignata fuit ipsis è celo, non
ut informationem acciperet ab
ipsis, sed ut hanc illis impertire-
tur; cum ipsi soli collocatæ fue-
rint altiores cognitiones, plures-

que gratiæ, quàm universæ simul
Ecclesiæ Judaicæ.

Cur igitur includat hæc ipsam
in templo, interrogat Artemisia,
cujus amor naturalis nunquam
non suum extimulabat cor, ac-
cendebat affectum retinendi suam
penes se Filiam? ut quid abscon-
dat hanc sanctitatis normam mun-
do, unde hic tantum poterat
proficere, abs eò quod incurre-
ret ipsa periculum, aliquam tole-
randi jacturam? Ut quid hæc affli-
gatur amaritudine cor Sancti Joa-
chim & Sanctæ Annæ, cum per
miraculum hæc ipsis à DEO do-
natâ fuerit soboles? ut quid ab-
strahatur ex ipsorum brachijs,
quando vel maximè indigebant
præsentia ipsius Consolatione?
Nonne hoc erat, ipsos quasi exue-
re vitâ? & tandem, quanto fuis-
set solario omnibus suam exigen-
tibus vitam in mundo, prom-
ptamque habentibus voluntatem
inerviendi DEO, si Sanctissima
Virgo semper remansisset in ipso?
siquidem luculenter demonstra-
stratum fuisset, posse quemvis
evadere Sanctum in quovis loco,
& in quavis conditione; & sicut
Domini tota est terra, ita omnes
habitatores terræ ipsi famulari
posse, abs eò quin opus sit ipsis
mutare locum, sed solùm mores
& animum, ad consecrandum
se ipsius servitio.

Ad hæc pius noster Viator, at-
tollens sursùm oculos, profun-

Deceptoris
rationes
mundi.

Efficacia
motiva fæ-
dum

Exercitia
devotatum
mulierum
in templo.

Exod 8.
Figurantur
monasteria
Religiosa-
rum.

gient
mundum.

dum in cœlos emittit suspirum. Ah! divina providentia quàm es admirabilis, quàmque salutare præbes documentum cunctis mortalibus per hanc mundi fugam, hancque tam promptam solitudinem, quam amplexata est ipsa Mater DEI! dicitur, quidquid dici potest in favorem mundi; Sanctorum adscribatur factis devotio, quæ exercetur in sæculo: Concedam quidem, ipsam bonam esse, sed non concedam, ipsam tutam esse & securam. Nonne credamus meritò, aliquid contagiosum & periculosum inesse aëri, quem respitamus in mundo, dum videmus illam, cui præcipuam impendebat curam benignissima DEI providentia, fuisse avulsam ab eò, & Sanctæ con-
signatam solitudini, antequam ipsius infici posset veneno?

Quando aspicimus, ipsummet Filium Dei, cujus exempla nobis sunt vitæ documenta, exegisse triginta vitæ suæ annos, avulsam à mundo, velut incognitum in profundâ quâdam solitudine, ipsumque nonnisi tres annos conversatum fuisse cum mundo ex solâ necessitate, ut instrueret & converteret ipsum.

Quando intuemur, præcursorem ipsius, maximum inter natos mulierum, juxta divinæ veritatis testimonium, petiisse desertum à tenerâ ætate suâ, deserendo parentes suos, qui sancti erant, re-

linquendo etiam secundum ap-
parentiam honorabile, magnique
poderis officium, quod exer-
cere debebat in mundo, vi cujus
ordinatus erat, ut velut præcur-
sor præpararet vias Domini, ho-
minesque disponderet ad recipien-
dum ipsum, seque in profun-
dam abdidisse solitudinem: Ne
levi posset maculare vitam crimi-
ne lingua, uti canit Ecclesiâ.

Et quando legimus, quod Joan. 15. 1.
JESUS Christus suis dixit in Evan- 19.
gelio: *Vos de mundo non estis, sed*
ego elegi vos de mundo; quòdque
magnâ hæc æternæ veritatis ver-
ba, fortiter pulsandò cordis au-
res omnium primorum Christia-
norum, habuerint virtutem, uti
observat Sanctus Bernardus, ex- 3. Bernar-
spoliandî civitates populis; hæcque us.
convertendi in deserta; & econ-
tra adimplendi populis deserta,
hæcque commutandi in civitates;
ita, ut videretur, exiisse mun-
dum de mundo, ipsumque reli-
quisse seipsam juxtâ illa Evange-
lij verba: *Abreget semetipsum*; Spiritus Dei
& in unica sola lubindè regione exspoliavit
quingenta numerarentur Mona- civitates, &
stera sibi invicem prorsus conti- implevit
gua, quorum & alibi plura erant; deserta po-
quæ totas adæquarent civitates, pulis.
complectendo bis vel ter mille-
nos habitatores & solitarios; &
tandem circa civitatem Thebas
reperite esset decies millenos re-
ligiosos, & vigesies millenas re-
ligiosas. Quid concludatur ex
hâc

hâc agendi ratione, quâ utebatur Spiritus DEI temporibus illis, quibus jubat ipsius puritas adhuc illustrabat animas? quid censendum est de hâc aversione, quam inspirabat ipsis erga mundum, & efficacibus hîsc stimulis, quibus alliciebat ad solitudinem, nisi quôd declarare voluerit, seculum elementum non esse, ubi addiscantur elementa sanctitatis? Hem! nonne plerumque conspicitur, quod perversus quis evadat cum perveris: *Cum perverso perverteris?* quod tangens quis picem aliud non læretur, nisi quod coinquinetur ab eâ? quodque in mundi vivens aere, quis aliud non respiciat, etiam inadvertens, nisi vanitatem & illecebras sæculi, quæ aliud non sunt, nisi oblivio salutis, & extinctio Spiritus DEI?

Psalm. 17:

Habitantes in mundo non oportet esse de mundo.

Psalm. 83:

Non dicam, omnes commorantes in mundo privatos esse Spiritu DEI; Novi, JESUM Christum famulos habere, famulasque fideles ubivis locorum, & inveniri in mundo, qui protinus non sint de mundo: Nihilominus nullibi legi in factis literis; Beatus qui habitat in mundo; lego tamen hæc verba summè consolatoria pro ijs, qui ipsum reliquerunt: *Beati, qui habitant in domo tuâ Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* O amantissime DEUS! misericordissime DEUS! Beati & milles beati,

R. P. Isaac. Consiliarij, Tom. III.

quorum habitatio est sancta domus tua, quibus quæ alia in terris non est occupatio, nisi servire tibi, te contemplari, te amare, & exercitia obire Angelorum ac Beatorum, incessanter laudantium te in omnem æternitatem. Quæto hic ex aliquo, qui additissimus sit mundo, quique contentione summâ ipsius aucupetur voluptates & oblectationes, an veriores exoptare possit delicias, solidiorem felicitatem, quam si inciperet in terris potiri felicitate Beatorum, qui non nisi soli intendunt DEO.

Facile est Beatis, inquit Artemisia, perseverare in hoc exercitio, adeo, ut nec illius afficiantur fastidiò: eò quod aspiciant DEUM in Majestate gloriæ suæ, & toti sint immersi magno gaudiorum Domini sui oceano. Verum id assequi, ut quis in terris non nisi ipsi soli intendat? quâ ratione id fiat? credo morituram me præterdico, eò quod nihil magis mihi sit tædiò intollerabile: Et si prorsus abstrahere me vellem à mundo, ita ut nihil amplius mihi esset cum ipso negotij, nec quid amplius haurirem ex ipso solatij (quod est, quod suaviter nostram faciat diffuere vitam) morerer sanè præ fastidio. Noli decipi, illustris Domina, respondit Viator, si semel comprehenderit benè, quod ingens æternitatis negotium suppeditet:

An servitium DEI pariat fastidium?

G e. occu.

occupationes longè alias, majoris tum momenti tum oblectamenti, quàm omnia vana & ludicra mundi crepundia, crederes, neminem esse in terris, qui minùs toleret fastidiù,

quàm eos, qui renuntiârunt omnibus, ut unico sese devoveant servitio DEI. Ut id tantò melius comprehendas, explanabo tibi.

ARGUMENTUM.

Quanam fuerint exercitia Sanctissima Virginis in Templo Jerosolymitano.

ARTICULUS III.

Non acceditur solitudo, ut vivatur ibi in otio, sed ut meliores inveniantur occupationes quàm in mundo.

Qui petere vellet solitudinem, ut non nisi disfluere ibi in otio, plurimum sese deciperet quantum magis aucuparetur viam mollem ac desidiosam, tantò magis se obrutum videret molestiâ ac labore: Non est, qui occupetur magis, quiq; magis fatigetur quàm is, qui non habet, quod agat: Siquidem anima nostra ejus est indolis, ut nunquam non indigeat occupatione, si perfrui velit quiete: Est ipsa velut cor, cujus motus continuus ipsi quietem dat & vitam, quod dum cessat moveri, vivere quòque cessat satisque cedit. Quos Spiritus DEI agit in solitudinem, non deserunt occupationes mundi, ut ibi nullas habeant, sed inveniant meliores; & quando Sanctissimam Virginem attraxit in templum, & etiam, sicut affirmat Nicephorus cum alijs, quos citat, in ipsum Sanctuarium, quod sacratissima pars templi erat, non

eo id fecit nomine, ut ibi faceret nihil; sed ut actiones conficeret dignas se, dignasque loco, ubi morabatur, cum extra illum alius non esset, qui suscipere illam mereretur. Hem! quid igitur ibi fecit, interrogat Artemisia?

Sanctus Hieronymus in Epistola ad Heliodorum affirmat, ipsius exercitia ita fuisse ordinata: A primâ usque ad sextam, id est, à summo mane usque ad ejusdem dimidium vacabat orationi: à Tertia usque ad Nonam, id est, residuo matutino tempore usque ad meridiem perficiebat aliquod opus manuale, congruum conditioni & ætati suæ: Affirmat insuper, quòd sæpius ipsi Angeli præparaverint, attulerint & obtulerint prandium, ex quo cum semper valde modicum sumpsisset, instructa & instituta fuerit in ijs, quæ spectant ad legem, & prophetas, & universam veteris Testamenti doctrinam; & exin suas denuò resumpserit preces

Exercitia Sanctissimæ Virginis in Templo.

S. Hieronim. in epist. ad Heliodor.

ces, à quibus prius non destitit, nisi cadente die. Sanctus Hieronymus adjungit, has ipsius fuisse delicias, panem ipsius quotidianum, unde incessanter incrementa fecerit in amore DEI: *Et sic semper melius in DEI amore proficiebat.*

Valde probabile est, ipsam fuisse nutritam in Templo à ministrantibus Angelis.

Sed an verum sit, institit Artemisia, ipsam in templo nutritam fuisse ministerio Angelorum? Non affirmaverim hoc, respondit, velut Articulum fidei divinæ; siquidem Sacra Scriptura, nullam de eo facit mentionem: Sed id affero cum gravissimis Auctoribus id ipsum afferentibus velut traditionem admodum antiquam quæ fidem saltem mereatur humanam, quæque difficulter credibilis haud debeat videri. Quando videmus, quod totus populus Israeliticus tanto tempore fuerit nutritus in deserto ministerio Angelorum, ipsis indies manna dispersentium: Quod Propheta Elias receperit cibum è manibus Angeli: Quod Sanctus Paulus Eremita tandem suum receperit victum in profundâ solitudine à providentiâ Patris cælestis, qui utebatur operâ corvi, ipsi quotidie panem afferentis: Quod Abbas Apollo, qui vivebat Theodosio Seniore imperante, quique perdidit & perniox non nisi vacabat contemplationi, & decantandis DEO laudibus cum Angelorum choris, quin demittere se

plura exempla.

posset, ut corporis sui haberet curam, non vixerit nisi ex eo, quod subministratum ipsi fuit ab Angelis in necessitate suâ. Quando legimus tot alia ejusmodi exempla in historiâ antiquorum Patrum in Eremito; an difficultatem quis habeat credendi piè, quod propria Mater DEI majoribus affecta sit favoribus, quam servi ipsius? ipsamet judica, an merito de hoc possit dubitari.

Lib. 1. de
Deiparâ c.
13.

Canisius refert traditionem ad huc magis specialem, quam bonatum animarum pietas pati facilitate potest recipere, cum nihil dicat, quod non sit admodum verisimile: Et est, quod Sanctissima Virgo, cum perseverasset in continuo orationis exercitio usque ad annum duodecimum, & aliquando majori cum fervore produxisset ipsam usque ad dimidium noctis, audiverit Patris cælestis valde intelligibiliter sibi dicentis vocem: *Pater. Filium meum.* Hoc erat ex se ipso stupendum adeò, ut rationem de ipso habuisset dubitandi sed revelationem hanc verificatam aspexit, quando peperit Verbum Incarnatum in stabulo Bethlehemitico, & eadem quidem mediæ noctis horâ, quæ promissionem illius accepit in Templo Jerosolimitano; quam tamen revelationem manifestam omninò non fecit, nisi post Ascensionem Domini.

Revelatio
facta Sanctissimæ
Virgini in
templo
mediâ nocte.

Verum si jam noveras ineffabile

C. c. 2.

bile

Obiectio in
contrarium
& ipsius re-
sponsum.

bile hoc mysterium in se adimplendum, unde est, obiectum Artemisia, quod turbata fuerit, dum salutata fuit ab Angelo & certior per ipsum facta, futuram se Matrem Domini? siquidem manifestis verbis Evangelium dicit: *Turbata est in sermone ejus.* Nonne evidens hæc nota est, rem notam ipsi non fuisse, sed prorsus novam, ipsique omnino incognitam? Non, respondit ipse; si enim attendas, quâ ratione loquatur Evangelium, videbis, non turbatam fuisse Virginem circa rei substantiam, sed solummodò circa modum, quo debeat vel possit impleri: siquidem non dicit; impossibile est, me esse vel fieri Matrem DEI, sed solum interrogat: *Quomodo fiet istud?* Non erit id opus viri; consecravi enim Virginitatem meam DEO per votum nunquam non irrevocabile, & novi, non velle ipsum, ut promissa mea missa faciam: Quâ ratione ergò evadam Mater? ecce argumentum turbationis ejus. Sed Angelus quamprimum pacavit illam, asseverando, futuram ipsam Matrem, ita, ut non desineret esse Virgo, eòquod omnia operaturus esset in ipsâ Spiritus Sanctus, & illicò tranquilla mansit, suamque assensum præbuit.

S. Bonaventura lib. vi.
tæ Christi
c. 3.

Sanctus Bonaventura in opusculo, quod concinnavit de vitâ JESU Christi, capite tertio affir-

mat, quòd Sanctissima Virgo commorans in templo quotidie efflagitavit à DEO septem speciales gratias, quas cedere credebatur ad majorem DEI gloriam, & ampliorem animæ suæ perfectionem: Prima est, amandi ipsum ex toto corde suo, & perfectè adimplendi primum & maximum legis præceptum: Secunda amandi omnes suos proximos, eâ ratione, quâ id DEUS desideraret ab ipsâ; & insuper amandi omnia ea, quæ amaret ipse, modo ipsi acceptissimo: Tertia nutriendi semper in corde suo maximum peccati etiam minimi odium, & omnium eorum, quæ displicent ipsi: Quarta, ut concederet sibi profundam humilitatem, perfectum mundi contemptum, patientiam invincibilem, puritatem Angelicam, & omnes virtutes quibus magis redderetur accepta ipsius oculis: Quinta, ut auspiciatissimam sibi conferret sortem, aspiciendi Beatissimam Virginem illam, ipsique serviendi, de quâ loquebatur Isaias, quòd conceptura & privatura sit Filium DEI: Sexta, præstandi in omnibus & per omnia exactissimam obedientiam summo Pontifici, & omnibus presbyteris, cunctisque aliis, quibus subdita erat, ita ut nunquam & in nullo, ab ipsorum deflecteret voluntate: Et septima tandem, ut misericordiam exhiberet populo suo, ut conservaret

tem-

Septem pul-
chre peti-
tiones que
quotidie
Sanctissima
Virgo fa-
ciebat Deo

Ca

Ar-
gi-
du-
co-
De-
tu-
be-
lar-

templum & religionem suam, ut
quantocyus mitteret jam diu pro-
missum populo suo Messiam. Ec-
ce, quæ fuerint exercitia Sanctissi-
mæ Virginis in Templo Jerosoly-
mitano commemorantis.

Sed omnia, quæ addiscere de eâ
possumus tum ex traditione, tum
ex Sanctis Patribus non sunt tam
certa, sicut id, quod de illâ nobis
affirmat ipsemet Spiritus Sanctus in
Sacro Epithalamio, hæc ad illam
dirigens verba, juxta interpreta-
tionem mysticam, quam attribuunt
illis Sacri Doctores: *Veni columba
mea, veni unica mea, in forami-
nibus petrae.* Invitat ipsam amicè,
velut columbam suam, & unicam
suam, & dilectam sponsam suam;
ipsamque extimulat, ut suum re-
fugium quærat in foraminibus pe-
træ, id est, in Sancto templo suo:
Et per has columbæ suæ & unicæ
suæ qualitates, quibus ipsam soli-
tariam esse volebat, satis clarè de-
monstrat nobis, quibus exercitijs
voluerit vacare ipsam.

Adverte hoc benè, prosequitur
conversus ad filiam; Si enim imi-
tari volueris Sanctissimam Virgi-
nem, in ipsius solitudine, oportet
te quoque ipsius amplecti exer-
citia. Columba est volucris sim-
plex & mansueta, carens felle &
malitiâ: Quando vocat ipsam in
solitudinem, facit hoc, colum-
bam nuncupando ipsam; ad insi-
nuandum, quod illam abstrahat à
mundo, & in sanctâ domo suâ

collocet, eo præcisè nomine, ut
mansuetudini studeat & simplicita-
ti. O Deus, quanto intervallo
differt schola cæli à scholâ mundi!
In hac navatur opera astutiæ, cal-
liditati, fraudibus & dissimulatio-
ni; in illâ studetur candori, inno-
centiæ, sinceritati, simplicitati.
Nihil ita opponitur Spiritui Dei,
quàm duplicitas & simulatio, eod-
quod Spiritus Dei totus sit veritas,
& fallacia non nisi mendacium. Et
ided Scriptura Sacra affirmat, quod
prudencia carnis, id est, fallacijs
uti & fraudibus, mors sit, eod-
quod Spiritum Dei extinguat in
animâ.

Qui caret sinceritate, certus es-
se potest, non regi se à Spiritu
Dei; sed à vanitate, amore pro-
prio, & à Spiritu mundi. Qui in
omnibus non agit candidè, nun-
quam fruetur internâ pace; sed
replebit sibi caput millenis curis &
molestijs, suspicionem capiet ex
omnibus, & in omnibus pariet
eamdem: quis enim fidat cuiquam,
de cujus constat fraude & simula-
tione? Qui est ejusmodi circum-
fert in corde suo semen discordia-
rum & perturbationum; cui enim
non convenit cum veritate, non
conveniet ipsi nec cum proximo,
nec secum ipso: Denique qui sim-
plicitatem non amat, caret mani-
festissimâ illâ prædestinatorum no-
tâ, quam JESUS Christus reli-
quit nobis in Evangelio, quando
per semetipsum juravit: Amen di-

Miseria
nimæ, quæ
caret sine-
ritate,

Matth. 28.
v. 3.

Cant. 2. v.
14.

Anima fu-
giens mun-
dum, ut
consecret se
Deo in soli-
tudine, de-
bet assimi-
lari colum-
bæ.

co vobis; nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Psal. 44:

Sanctissima Virgo præsentata in templo aperit portam Monasteriorum innumeris facris Virgibus,

Regius Vates Psalmo quadragesimo quarto cantans: *Adducentur Regi Virgines post eam*; nonne videtur aspexisse à longè Festum præsentationis Sanctissimæ Virginis, & gavisus esse ex eò, quòd Deus auspiciato hoc die aperuerit portam magni hujus carceris, id est, mundi, ad conferendum libertatem plurimis innocentibus animabus, ut fugerent ex captivitate, seque conferrent in domum Sanctam suam, ibique exoptatam invenirent libertatem, eòquòd impedirentur à sæculo, ne ipsius sese unice consecrarent servitio: Et ut poneret ipsis ob oculos exemplum quoddam, quòd imitari possent, exemplar, velut ductricem & antesignanam constituit illis creaturam omnium excellentissimam, Sanctissimam Virginem Matrem Dei. Quis beatissimum, seque honoratissimum non duceret, ducem sequendo illam? Quot milliones Virginum presserunt vestigia hujus Virginum Reginæ, seque sicut ipsa devoverunt JESU Christo ab infantia suâ? Hæc columba est, & omnes imitari ipsam volentes columbas esse oportet. Ipsa non amat nisi mansuetudinem & simplicitatem; & omnes imitatrices ipsius tum mansuetudini, tum simplicitati studere debent. Columbæ aves sunt so-

ciabiles & solitariae: solitariae, quia nihil est illis quasi commercij cum cæteris avibus; sed sociabiles tamen, quia libenter commorantur simul in eodem loco.

O quàm benè repræsentat hoc Monasteria Religiosorum! Quilibet vocatur & invitatur à Domino nostro, velut chara columba ipsius: *Veni columba mea*; veni dilecta mea, unica mea, absconde te in foraminibus petrae; concludere te intra parietes domus meæ; & omnes congregantur & adunantur ibi velut caterva quædam columbarum, ut harum more vivant in mansuetudine & simplicitate; & in hoc unum est ipsis adnitendum. Nihilominus Eheu! sæpè sapius contingit, vel ex periculosâ illusionè dæmonis, vel ex perversâ quâdam naturæ inclinatione, ut pro eò, quòd studeant huic sinceritati columbæ, & divinæ huic simplicitati, ex opposito alteri non intendant nisi quòd, in quantum poterunt, hanc à se excutiant, non student, nisi ut se expoliant, calliditatem induant, suumque exacuent intellectum: ineumbunt sedulo, ut mundi addiscant dogmata, sectentur leges, amplectantur placita, sollicitè tum in loquendi, tum in agendi modò ipsius observare modos, cunctasque menfuras. Ejusmodi non sunt columbæ gementes psittaci sunt, quæ garrire probè nòrunt, ignorant autem, quid dicant: Et videtur,

NOIA

Exorbitans illarum quæ debent esse columbæ, postquam se includunt.

non esse amplius ibi illas, velut in sanctâ solitudine, ut soli vacent Deo, sed velut aves in-caveâ, ut addiscant, quòd nunquam didicissent, nisi fuissent inclusæ. His benè convenit symbolum caveæ includentis avem cum lemmate: Qui me prend, il m' apprend: Qui carcere stringit, doctrinâ me tingit. *Ab eo, quo captor, ut discam, adaptor.*

Differentia
columbarum
& cornicium.

Reperire est duo genera avium, quæ Ecclesias amare videntur: Est exiguus quidam columbarum numerus, quæ intus suum querunt refugium; Sed hæ abscondunt se in parvulis quibusdam parietum & murorum cavernis, velut in suis cellulis, & hoc quasi non advertitur, nec magnus excitatur ab illis strepitus. Sed magnas videre est cornicum catervas, quæ Ecclesias quoque colunt & amant, non ut intus se abscondant, sed ut deforis circumvolitent, seque præbeant conspiciendas: hæ nunquam non vagantur, volitant super turre, aspiciunt & aspiciuntur à longè,

magnum excitant tumultum, vocis sunt clamoræ & importunæ: de cætero astutæ, dolosæ, suspiciosæ, nunquam non in aère, omnia ex alto aspicientes in terris: Et quidquid feceris, nunquam impones eis silentium, nec efficies ex eis columbas. O quot sunt Ecclesiæ & Monasteria, quibus plures sint cornices, quàm columbæ!

Sufficit Domine, interpellat Attemissa, probè te capio, sed nescio, an omnes te ita loquentem sint avidis excepturi auribus. Nihil applico, replicat ipse. Quia quilibet suæ conscius est necessitatis, sic quisvis suâ utatur exin sumendi libertate. Qui non indiget hæc admonitione, sinat illam; qui utilem sibi ipsam crediderit, sibi ipsi illam applicare potest. Sed ne ulli præbeam alicujus vel suspitionis vel offensæ argumentum, ab-rumpo discursum, dicturus tibi quidquam magis jucundum pro conclusionem hujus Consultationis.

ARGUMENTUM.

De Pulchritudine & modestiâ Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS IV.

Pulchra Fatio ejusdam Poëte de aurorâ.

Dicitur, quòd, cum Apelles depingere capisset auroram, & quidem tam benè, ut natura metuens, ne sibi habe-

retur æqualis, imò, si progrediretur in opere, se superaret, quantoque miserit unam è parvis, quæ pictori præscinderet filum vitæ, & limi-

limites statueret perfectioni operis, unde immortalitatem sibi is parabat, & jamjam parabat in memoria hominum. Indignabantur omnes adversus naturam, quod opere tam exquisito exspoliasset mundum, & quærebatur ubi vis, qui ultimam apponeret manum: Sed inventus est nemo, qui id aude- ret; dicebant enim, si graphica hujus operis delineatio, lineam vite abbreviavit pictori primo, ipsius perfectio non minus fatalis esse posset cæteris pictoribus.

Ipsa evadit
veritas in
sanctissimâ
Virgine.

Non est fortassis hoc nisi figmentum Poëtae, sed erit veritas, si dicatur, quod Sanctissima Virgo, quæ sæpius nuncupatur aurora in sacris literis, tanta sit pulchritudinis, ut cum natura se exhauferit designando solum prima imaginis ipsius lineamenta, gratia vivacissimos suos adjecerit colores ad perficiendum ipsam; quæ tamen ultimam suam non recipit perfectionem, quoad splendidissimis absolvatur & perficiatur gloriæ radijs: Quis igitur audebit nostrum ipsius depingere pulchritudinem? Omnis scientia hominum, & Eloquentia Angelorum illuc perungere haud possunt.

Verum quod impossibile erat omni alij, id Spiritus Sanctus perficere voluit; Is mirificè depingit ipsam in sacro Epithalamio paucis hisce verbis: *Tota pulchra es amica mea, tota pulchra es.* Verbum hoc *Totum*, juxta Sanctam Tho-

mam, quandam significat infinitudinis speciem, eoque nihil excludat, aut aliquos limites statuatur: dum igitur dicit, ipsam totam esse pulchram, videtur, quod insinuare nobis velit, ipsam omnem in personam suam includere pulchritudinem: Sed in quò consistit hæc pulchritudo!

Quando laudatur pulchritudo in se ipsa, quæ imago illius concipi potest, nisi infinita cujusdam excellentiæ? Deus est pulchritudo ipsa, Deus est bonitas ipsa. Indagare volens pulchritudinem in sua origine attollo cogitationes meas usque ad divinitatem: Considero, quanam sint occupationes Dei ab æterno in semetipso, & invenio has esse duas; unam, quæ contempletur infinitam suam pulchritudinem; alteram, quæ amet infinitam suam bonitatem: Et hoc unicum totam ipsius constituit beatitudinem, totam ipsius oblectationem, totam ipsius vitam divinam, totam ipsius æternam voluptatem: Paradisus, quem promittit nobis post hanc vitam, non consistet in alio, nisi in contemplando eandem hanc pulchritudinem, & amando eandem hanc bonitatem. Estne igitur hoc totum, quod sperandum nobis sit in æternitate? Ita, procul dubio, abundè id solum sufficiet, quod animam nostram in superabundantiâ gaudiorum æternorum totam tenebit absorptam, illamque infinitam oblectationem.

Quomodo
concipie-
da sit pul-
chritudo
Dei.

Pulch-
do Dei
cipitur
te bon-
tem.

oblectabit ratione; siquidem Deus ipse ita oblectatur illis, ut impossibile sit ipsi vel unico momento ab amabili hac fruitione avelli. O pulchritudo, quam es delectabilis! Tu omnium demulces corda, & nihil est jucundum, nec place-
re potest, nisi per te.

Quanti igitur æstimem pulchritudinem, dum considero, quod omne id, quod constituitur magnificentia Dei, & infinita ipsius gloria, pulchritudo sit & bonitas: Utraque est æqualiter infinita; & tamen asserendum est, quod pulchritudo ratione quâdam transcendat bonitatem: Quare? Quia ipsa prima est in ordine Originis: primum enim, quod consideramus in Deo, est, quod ipse contempletur suam pulchritudinem; & secundum est, quod amet suam bonitatem. Contemplatio pulchritudinis suæ ita rapit ipsius intellectum, ut perfectam ipsius efformet imaginem; & hæc imago est Filius ipsius Unigenitus, quem Scriptura nuncupat splendorem gloriæ Patris. Ecce igitur pulchritudinem in principio suo & in throno gloriæ suæ; ubi nobis incomprehensibilis est, edquod sit infinita: nihilominus permanere noluit nobis incognita; jaculatur ipsa extra seipsam, innumeros, quibus mirè oblectemur, radios; siquidem nulla nec in cælis, nec in terris est pulchritudo, quæ non oriatur à primâ hac pulchritudine,

R. P. Isaac Consultat. Tom. III,

velut ab origine suâ. Verbum æternum est pulchritudo infinita Patris, & origo omnium pulchritudinum, quæ existunt extra Deum.

Posito hoc principio, quod levius est ex seipso: hanc ex eo infallibilem deduco consequentiam: Sola igitur Sanctissima Virgo plus habet pulchritudinis, quam omnes creaturæ simul. Ecce enim quâ ratione discurram. Pulcherrima omnium creaturarum procul dubio est illa, cui pulchritudo infinita Dei Patris, quæ est, Filius ipsius Unigenitus, communicata est omnium perfectissimè: De hoc dubitari non potest, edquod non nisi per communicationem primæ pulchritudinis, omnes creaturæ suam habeant pulchritudinem: Jam quænam hæc creatura est, nisi Sanctissima Virgo, propria ipsius Mater? An ipsarum sit aliqua, quam arctiori conjunxerit vinculo cum infinitâ suâ pulchritudine, vel cui insculpsit perfectius profundusque omnes similitudinis suæ characteres? Quid ipsi sint cæteræ creaturæ omnes, incomparationem adductæ cum propriâ suâ Matre? Nonne præposuit, nonne magis dilexit ipsam cæteris omnibus, edquod elegerit ipsam in Matrem suam? Nonne dixit ipsi, quod vulneraverit sibi cor suum? O MARIA, ô Mater admirabilis, quantam oportet esse pulchritudinem tuam, quæ ita oblectaverit,

D d devin-

Discursus
declarans
maximam
Sanctissimæ
Virginis
pulchritu-
dinem.

Pulchritudo Dei consistit in bonitate.

ommodè
scipien-
te pul-
chritudo
i.

devinxerit, rapuerit cor unigeniti Filij Dei? Itane videat ipse pulchritudines infinitas in sinu divini Patris sui, quibus perpetuâ absorptus teneatur Extasi; & nihilominus aspiciat in te pulchritudines alias, quibus ipsum demulceas, quibus ipsum attrahas in sinum tuum?

O præstigia! ô incomprehensibilia prodigia amoris! Ipse est, Amor JESU est, qui producit pulchritudinem MARIE: Et pulchritudo MARIE est, quæ lucratur, quæ capit & rapit amorem JESU. MARIA non est pulchra oculis Verbi æterni, nisi quia amatur ab ipso; pulchritudo, quàm illi confert amando; æqualis est amori, quo fertur in ipsam. Si noveris mensuram amoris, quo ipsam prosequitur, cognoscere & poteris pulchritudinis, quàm ipsa communicat, Excellentiam. Verùm est, quòd satis ipsam amare non possit, ut faciat ex ipsa adorandum suum Patrem; satis tamen amare vult ipsam, ut faciat ex ipsa divinam suam Matrem. Pulchritudo igitur, quàm ipsi communicat, esse non potest pulchritudo infinita, quæ essentialis est Patri; tota tamen pulchritudo est, quæ congruit dignissimæ Matri Dei. Et hoc est, quòd in admirationem rapuit Sanctum Epiphanium: *Solo Deo excepto cunctis superior existis, formosior Cherubin & Seraphin, & omni exercitu Angelorum. Post Deum solum, ô Sanctissima*

Nihil est pulchrius Sanctissimâ Virgine, nisi Deus solus.

S. Epiphanius orat. de laudibus Virginis.

Virgo, tu pulcherrima es creaturarum omnium; nec Cherubin, nec Seraphin, nec omnes novem Angelorum Chori, quidquam habent pulchritudinis, quæ coram tuâ audeat comparere: Aspicio illos in tuâ præsentia velut stellas cæli, quæ omnem suam amittunt splendorem in solis præsentia.

Sancta Catharina de Senis dicebat, quòd si oculis corporeis videri posset pulchritudo animæ à peccato exemptæ, & infimo tantum gratiæ gradu exornatæ, cum admiratione videretur, ipsam solam plus habere pulchritudinis, quàm omnes flores, quàm cuncta sidera, quàm tota simul corporalis natura, quòdque nemo esset, qui non moreretur lubens pro conservatione tam mirificæ pulchritudinis. Verùm si animarum omnium novissima & infima, gratiâ condecorata tantum habet pulchritudinis, incipe ab hac, & ascende per tot gradus, quot sunt animæ Sanctæ, quarum una superet & excellat aliam in gratiâ, & consequenter in pulchritudine; nam gratiâ animæ, & pulchritudo animæ sunt prorsus idem: quando inveneris centesimam, videbis ipsam centies plus gratiæ & pulchritudinis habere, quàm primam: An igitur comprehendere poteris ipsius excellentiam pulchritudinis?

Et tamen hoc nihil adhuc esset: Nam si ascendere pergas magnis passibus usque ad millesimam, & usque

Opinio
Catharinæ
Senensis
ca pulchritudinis
nimis in
gratiâ
ascendit.

Vis
pulchritudinis

Gradus
usque
pulchritudinis

ad majorē
pulchritu-
dinem.

usque ad centies millesimam, ubi videres centies millies plus pulchritudinis, quàm in primâ: quàm admirabilem effingeres tibi de hâc pulchritudine idæam: Et tamen hoc esset adhuc parùm: siquidem benè judicas, quòd inveniatur plures millionum milliones animarum sanctarum; è quibus accipe omnium pulcherrimam, & postquam admiratus fueris ipsius pulchritudinem, & contestatus, te ipsam comprehendere non posse, dic audacter, eam esse non nisi umbram, & tenuem valdè pulchritudinem, comparatam cum illâ Sanctissimæ Virginis: dicere id poteris asseveranter & secure, eòquòd communis omnium Sanctorum Patrum vox sit, ipsam solam possidere plus gratiæ & pulchritudinis, quàm omnes simul Sanctos.

Vis & robur
pulchritu-
dinis.

Impossibile est, aspicere pulchritudinem, quin ametur. Aristoteles respondit cuidam se interroganti; Cur ametur pulchritudo? Amice mi, ecce tibi quæstionem quæ non convenit nisi cæco: quicumque habet oculos ad conspiciendum pulchritudinem, impedire non potest, quin habeat cor ad adamandum illam. Sparguntur fermè incredibilia de imperio, quòd exercuit certarum creaturarum pulchritudo in corda principum, ob quàm moverunt prælia, & susque deque verterunt regiones integras, vastissimas Monarchias: Et tamen non nisi fragiles & imperfectæ ad-

modum hæ fuerant pulchritudines: Sed quot generosæ animæ intuitu pulchritudinis Mariæ & profusæ divinæ perpetuas gessere luctas adversus vitia, adversus infernum, adversus mundum, adversus seipsas, ut acceptas se redderent oculis ipsius, imitando ipsius puritatem, ipsius humilitatem, ipsius charitatem, tandèmq; mererentur aspicere illam in æternum.

Quot animosa repetire erat corda, ad eò purissimæ hujus pulchritudinis amore succensa, ut asherant summè mori pro illâ. Legimus de Carolo filio Sanctæ Brigittæ, quòd, postquam sapius auscultavit Sanctam Matrem suam facientem verba de excellentijs, de perfectionibus, & præsertim de pulchritudine Sanctissimæ Virginis, tantò inflammatus fuerit zelo pro gloriâ ipsius, tamque sancto venerabundi amoris erga ipsam incendio, ut sapius cor suum effuderit in eximium hunc amoris verè extatici affectum: Si possibile foret, Sanctissimam Virginem unico duntaxat momento decidere à sublimi hoc statu, gloriæ, magnificentiæ & felicitatis, ad quem summo cum gaudio ipsam novi esse subvectam, mallet descendere in infernum, & sine fine ibidem cruciari, ut impedirem unicum hoc parvum momentum imminutionis gloriæ ipsius. O Cor incomparabile & verè studiosum gloriæ Virginis Sanctissimæ

Plures ma-
gæ animæ
ardenter
amârunt
Sanctissimæ
Virginis.

Eheu! quid nos sumus in comparatione? quanta est vilitas & vecordia affectuum nostrorum, respectu affectuum ipsius. Nonne merito exoptarem mihi hinc dolorem Beati Jacoboni plorantis dies noctesque ita, ut nullam caperet consolationem? Quid ita ploras? Cur ita luges? *Lugeo, quia amor non amatur*; affligor inconsolabiliter, quod Deus, qui amor infinitus est, non ametur ab omni-

bus hominibus; & ego dicerem: Lugeo, quod Sanctissima Virgo, cum tantæ sit pulchritudinis, tantisque condecorata excellentijs, non ametur à cordibus omnium, hæcque non arctissime devinciat sibi. Unde hoc est? nisi quod pulchritudo ipsius non aspiciatur: adnitamur secundâ huc vice, ut obtineamus modicam saltem ipsius cognitionem.

* * *

ARGUMENTUM.

Excellentissimum obtinendi cognitionem aliquam de pulchritudine Sanctissimæ Virginis.

ARTICULUS V.

Gradatio ab unâ pulchritudine ad majorem pulchritudinem Angelorum.

Non sistas hic, ubi te deserui, sed denuò incipe eandem facere gradationem respectu omnium beatorum Angelorum, quam fecisti respectu omnium animarum sanctarum. Incipe à choro Angelorum, qui est infimus, ipsorumque considera pulchritudinem. Si videremus Angelum è cælo in splendoribus gloriæ suæ, hæc eousque omnem nostrum transcenderet captum, ut crederemus ipsum esse Deum, non difficulter adoraturi ipsum. Id attestatur, quod accidit Sancto Joanni in Apocalypsi; Et tamen novissimi ac infimi hi sunt in pulchritudine.

Ascendendo semper

Ascende altius & aspice Chorum Archangelorum incomparabiliter

transcendentium Angelos in numero, in gratiâ, in gloriâ, & in pulchritudine, ita ut chori hujus novissimus, illarum plus habeat excellentiarum solus, quam omnes simul chori Angelorum; & cogita illos omnes sibi invicem esse subordinatos velut numeros, & consequenter se invicem transcendere in gratiâ & pulchritudine, sicut numerus superior transcendit omnes inferiores aliquâ unitate, quam alij non habent. Cogita insuper verum esse, ipsorum numerum longè majorem esse illo Angelotum; & ex in mentis tua intendente nervos, & conare, tenta, an passis comprehendere, quanta summi Archangeli existat pulchritudo: haud dubiè dices, illam

per omnes
novem
chorum
chorum
morum
ex illis
chirico
nobis est
incompre
hensibilis

lam tibi esse incomprehensibilem.

Nihilominus ne cadas animo; Ascende ab Archangelis ad Chorum virtutum, & eandem institue considerationem; & postquam revocasti ad calculos ipsorum numerum, quitantum transcendit illum Archangelum, quantum hic numerum Angelorum excedit; & postquam considerasti augmentum pulchritudinis in quolibet eorum juxta sui proportionem numeri, cogita ipse tecum, quanta debeat esse pulchritudo primi & precipui, qui caput est, & pulcherrimus omnium ex toto hoc ordine Virtutum.

Age id ipsum, attollendo te ad Chorum Principatum, & exin ad illum Dominationum, illumque potestatum; & considera, quod, cum ordo principatum superior sit illo virtutum, ultimus hujus ordinis plus habeat gratiæ, plusque pulchritudinis solus, quam totus ordo virtutum simul; & judica, quantam oporteat esse pulchritudinem primi ex hoc ordine. Iterum considera, quod ordo Dominationum superior sit illo principatum, & consequenter infimus hujus ordinis majori condecoratur gratiâ & pulchritudine, quam totus simul ordo principatum: & postquam percurristi multitudinem eorum multò majorem, quam sit illa ordinis inferioris, perpende ipse tecum, an comprehendere

possis pulchritudinem primi ex hoc ordine dominationum. Tandem probè pondera, quod Chorus potestatum superior sit illo Dominationum, & eandem institue supputationem, si intellectus tuus sustinere illam potest: Et exin interroga te ipsum, an comprehendas, quanta sit pulchritudo illius, qui primum in hoc ordine obtinet locum: certus sum, non esse intellectum in mundo, qui non obtundatur & confundatur totus, si paulisper serid hujus prodigij incumbat considerationi.

Sed exstimula adhuc intellectum tuum, & exquire à Deo robur ut Chorum conscendere possis Thronorum, qui superior est illo potestatum; & videbis horum novissimum possidere plus gratiæ & pulchritudinis, quam totam simul potestatum Congregationem: Quod igitur feres judicij de pulchritudine, quam Thronorum obtinet Choriphæus? Exin Cherubimorum insinua te Choro, qui superior adhuc est illo Thronorum: consequenter hujus ordinis infimus complectitur in seipso & transcendit omnem pulchritudinem, quâ innumerabilis Thronorum condecoratur multitudo: Hem! quis exstimare possit, quanta Antesignani è Cherubinis existat pulchritudo? Tandem considerandus & invisendus tibi adhuc restat Chorus Seraphinorum, qui precipuus & summus est omnium, quique si-

militer transcendit omnes alios in numero, in gratiâ, in pulchritudine.

Consideranda attentè pulchritudo Seraphinorum.

Immorare hic, quantum tibi placuerit, & considera attentè, quanta sit pulchritudo decimi, quanta sit illa centesimi, illa millesimi & centies millesimi; nam ultra hos illorum se extendit multitudo; quanta denique sit pulchritudo omnium principum. Nonne attonitus hærebis animo, quid tibi cogitandum, ignarus? ô pulchritudines mirificas! ô pulchritudines prodigiosas, quæ absorbent & submergunt omnem animum ipsas considerantem! revolve in tuâ mente hunc absque numero pulchritudinum numerum, quæ nunquam non augentur ab Angelorum novissimo, usque ad primum & præcipuum Seraphinorum: Et quando huc pertigeris, dic vidisse te nihil, quod solius Sanctissimæ Virginis adæquet pulchritudinem: Non aspexisti nisi famulos, sed ipsa Mater est, ipsa sola acceptior est DEO, magis ipsi placet, & consequenter plus obtinet gratiæ & pulchritudinis, quàm universa simul natura Angelica, sed quis hominum Angelorumque intellectus id possit capere? Nemo id capit & admirantur omnes: Post pulchritudinem DEI, ipsa tum oblectatio, tum admiratio totius est cæli in omnem æternitatem.

Fama est, Alexandrum Magnum

attonitum ex magnâ illâ existimatione, quam sibi comparaverat Diogenes in universo orbe, invisere voluisse ipsum in suâ solitudine: qui postquam consideravit ipsius vivendi rationem, ipsius mores, ipsius tam hilarem vultum ac oris habitum, profundam ipsius scientiam animum ipsius tam liberum, & ab omnibus mundi rebus abstractum, ipsius sensa tam eximia, tamque generosa, non solum æstimavit ipsum, sed admiratus est; & quasi hujus viri invideret felicitati, quam suâ majorem credebat, protulit hoc effatum, dignum virtute magni Philosophi, & magni Imperatoris generositate: *Si Alexander non essem, esse vellem Diogenes.* Liceat & hinc nobis dicere, quod non solum totum cælum Sanctissimæ Virginis admitetur pulchritudinem, sed ipsemet DEUS ita ipsius oblectetur aspectu, ut libenter diceret; si per impossibile non essem DEUS, vellem esse MARIA: Verum enim est, majus ipsâ post DEUM nil esse inter omnes omnino creaturas.

Pulchrum effatum Alexandri Magni, concernens Diogenem.

Pulchrior est Sanctissimæ Virgo omnibus simul Angelis.

Omnes Beati in cælo dicerent: Si per impossibile nostra beatitudo non consisteret in contemplandâ infinitâ pulchritudine Dei, vellemus collocare illam in contemplandâ solâ pulchritudine MARIE, possidentes beatitudinem maximam, si in æternum liceret nobis contemplari illam. O pulchrum christi.

Beati in cælo suam beatitudinem, contemplando pulchritudinem Mariæ, possident illam Dei.

chritudo excedens omnem pulchritudinem! profectò oculi, qui vidissent te, flocci penderent cæteris omnes pulchritudines creatas, haud difficulter renuntiaturi, nihil amplius deinceps, videre se velle, postquam te semel aspexerunt.

S. Antoninus 4. p. tit. 15. c. 34. e. 3.

Oppottunè recordor illius clerici, de quo Sanctus Antoninus ad longam referat historiam. Erat is devotissimus Sanctissimæ Virginis, ipsamque instanter precabatur, ut impetrare sibi gratiam dignaretur crescendi semper in cognitione & amore illius: Pius hic conatus accendit in ipso tam ardens desiderium aspiciendi illam, ut conflagraret ex eo, langueret omninò & deficeret. O Mater amabilis! ô Mater admirabilis! fac unico videam momento incomparabilem pulchritudinem tuam, quæ totum oblectat paradisum. Angelus ergò mittitur ei: Ita, tuis potière votis, Sanctissimam videbis Virginem suâ coruscantem pulchritudine; sed oculi, qui semel aspexerint eam, nihil imposterum videbunt amplius, manebis cæcus toto residuo vitæ tuæ. Ah! ex toto corde annuo, modò nonnullis intuear ipsam momentis: Designatur dies, sese disponit, expectat ardentè auspicatum; sed cogitat secum ipse, quomodò oculorum suorum salvaret unum, servando illum clausum, dum altero aspiceret illam. Apparuit

hæc ipsi tantâ cum pulchritudine, tantòque cum Majestatis splendore, ut oculus, qui viderat ipsam, remanserit ex eo extinctus, & omni privatus lumine.

Verùm aspectus hic tantâ replevit ipsum consolatione, ut non tantum non deploraverit sui jaçturam oculi, sed in felicitatem potius alterius qui non viderat ipsam. O infelicem me! an servandus mihi fuerat oculorum meorum unus, quo deinceps non aspiciam nisi turpitudines, quas execror, post illam, quam aspexi pulchritudinem! ô Mater misericordiæ! ignosce crudelitati, quâ serviebam in meipsum, privando me tuorum dimidio favorum! Ah videam te adhuc semel, & ambos perdam meos oculos! contentus omninò vivam nil amplius post te in mortali hac vitâ! tam ardens, tamque pium desiderium eòusque placuit Sanctissimæ Virginis, ut secundâ vice illi apparuerit in eadem suâ pulchritudine; sed tantum abest, ut altero ipsam privaverit oculo, quam sacrificare pro ipsâ volebat, ut reddiderit illi etiam oculum jam ammissum; & duo ipsius oculi, non serviebant deinceps ipsi, nisi ad videndum, uti credebatur, ubivis pulchritudinem Sanctissimæ Virginis.

O si deditissimi quique vanitatibus mundi, oculos haberent apertos veritati! ô si profigatissimi

Qui aspexisset pulchritudinem

mi

Pulchrum exemplum de Clerico a pietate SS. Virginem.

Sanctissimæ
Virginis.
non posset
unquam
amplius
amare crea-
tam ali-
quam
pulchritu-
dinem.

Habenda
est semper
in animâ
spiritualis
imago pul-
chritudinis
Sanctissimæ
Virginis.

mi quique caducarum pulchritudinum amatores, strictim tantummodò & unico momento Sanctissimæ Virginis aspexissent pulchritudinem! ô DEUS, quàm experientur illicò omnem alium amorem moti in corde suo; & quanto cætera omnia, quæ modò adorant, prosequerentur contemptu! paucos reperite est, qui auspiciatâ beentur forte, oculis corporeis aspiciendi illam; sed nonne aspiciere illam possumus oculis animæ, ipsius contemplando pulchritudinem? & aspectus hic spiritualis magis est certus, cum melius ac firmitus innitatur veritati; magis quoque est consolatorius, eòquòd ipsius depingat imaginem in intimis animæ penetralibus. ubi conservari potest independenter ab omnibus sensuum illusionibus. Si quilibet studeat asservare in cubili suo materialem Sanctissimæ Virginis imaginem: Nonne oportet quòque omnem animam, quæ Zelo, amare, ac devotione afficitur erga illam, circumferre semper spiritualement ipsius imaginem suis in cogitationibus depictam, & celatam in intimo cordis sui?

Cogitare de illâ, cogit omnem effugere mœrorem ex animâ, perfundens ipsam consolatione & dulci spe, visuram se admirabilem ipsius pulchritudinem in magno æternitatis die. Loqui

sepe de illâ, libenter evulgare ipsius gloriam, extollere ipsius magnitudinem, admirari ipsius pulchritudinem, procul fugat à nobis spiritum immundum, qui tolerare non potest honorem, quo afficimus ipsam. Sed intendere omnem eò, quod ad ipsius tendit honorem, contendere amplificando huic pro viribus, amare ipsam vehementer, amare ipsam reverenter, amare ipsam ardentè, dilatare cor suum præ gaudio, idque replere congratulatione de omni eò, quod ipsa est, applaudendo ipsius felicitati, & adjuvando ipsam rependere gratias omnipotenti, quòd tam magna operatus fuerit in illâ: hoc est, placere DEO, ipsamque oblectare, qui tam pulchram non reddidit ipsam, nisi ut amari ipsam faceret ab omnibus semetipsum amantibus animabus. Hoc est, exhilarare Angelos & omnes Beatos in cælo, qui omnes post DEUM ipsi sunt summè devoti. Hoc denique est, ipsius promereri favorem & protectionem singularem, quam nunquam veris suis negavit clientibus: *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.* Eccl. 24. 7.

Cum audirem ipsius hæc loqui gratiâ quâdam divinâ, quam diffusa videbatur in labijs ipsius, accensum me sentiebam desiderio prorsus novo, ex integro devovendi me Sanctissimæ Virginis obsec

Quantum
gaudium
devotæ ani-
mæ, cogi-
tantis de
Sanctissimâ
Virgine.

obsequio : Non nisi expectabam dicendi finem , ut corde tuus amplecterer ipsum . Ah ! dilecte mi Comes , quantum obligor celo , ipsumque benedico , quod tam bonum ducem dederit te mihi ! eadem utrique est intentio ; exactissime tu tendis eò , quod intendebam , cognitionem nimirum excellentiarum , & amorem perfectionum Sanctissimæ Matris DEI : Haud opus est alio , quàm audire te , ut ambo , & cognitio illius & amor insculpantur cordi

nostro . O quantum mihi spondeo consolationis è tuo colloquio : Ne me deseras in viâ , quantum enim ad me , nunquam te deseram : Deduxisti me usque in templum , ubi aspexi Sanctissimam Virginem primitias infantia suæ consecrantem DEO . Sed scire aveo , quâ ratione consecraverit se ipsi in loco sancto . Satisfaciam tibi , inquit mihi , & hoc argumentum erit sequentis nostræ Consultationis .

**
*

CONSULTATIO VIII.

Victima innocens , ubi agitur de voto Virginitatis Sanctissimæ Virginis , & incomparabili ipsius Puritate.

Proponere ab initio plures quaestiones Ductori & Comiti meo , circa tempus & locum Consecrationis Sanctissimæ Virginis laudo & ratum habeo , inquit ipsi , *portavi à quovis jugum Domini ab adolescentiâ suâ* , uti requirit à nobis Vates Jeremias : Commendo plurimum , assueti frequentationi Ecclesiarum à teneris : Sed habitare in templo velut in ordinariâ domo suâ , & etiam in Sanctuario (non in loco , qui dice-

batur Sancta Sanctorum qui non erat habitatio facta pro creaturis , sed pro DEO solo ; ubi non tolerabatur nisi atca fœderis , quæ Virginis figura erat , & solus sacerdos magnus intrabat illuc cum thuribulo in manu , & hoc duntaxat semel in anno) habitare , inquam , Sanctissimam Virginem ab infantia suâ in sanctuario , velut Sanctissimâ parte Templi , ubi sacerdotes sua exercebant ministeria , & thymiaturum asservabatur Altare , hoc non ita bene comprehendo . *Æstimo velut sem laudabilem & suadeo , ut fir-*

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Ee

ma

Thren. 3:
v. 27.